



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Lectori.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

# LECTORI.

**H**abes secundo hoc opere Jurisdictionis ordinaria in exemptos, & exemptorum à Jurisdictione ordinaria materiam, quæ ad forensem maximè disceptationem (juxta paræmiam) *περὶ τῶν ἀποκτῶν*, id est, ad farinam spectat, ita studiosè discussam, ut nisi me ratio fugit, nulla quaestio ex hoc fonte oriri queat, cujus decisio alterutro ex tractatu meo peti, hauriri que non possit. Porro, licet in hoc postrema lucubratione ea præsertim quæ hac in Diacesi Leodiensi spinosiora, obscurioraque videbantur explicarim, ea tamen ita digessi, ut etiam quaestionibus toto orbe nascentibus non modo facem præbere, sed etiam decisionem ipsam adferre possint. Quo nomine mihi facilius qui vis ignoscet, si fors in Oceanum privilegiorum toto orbe dispersorum invenerit me errore aliquo facti potius quam juris lapsum esse: scitum enim illud est apud Græcos pro-verbium, *Anacharsi Scyæ* solecismum facienti apud Athenienses ignoscendum. Ad hæc, ne alienarum Civitatum privilegiantes exemptiones per-vagans, mea ego hospes, ab eaque alienus judicaret, bre-viter multa complectens, discussum tibi exhibui *Vigintiduum* *viralium* *Leodiensium* fœdus, Tribunal quidem ad pacem & Reipub quietem aliarumque jurisdictionum defensionem à majoribus nostris institutum, sed quod cum (uti olim respondit *Baldwinus de Vaux* nostras insignis *IC.*) alienarum jurisdictionum factum fuerit *Bellua vorax*, idè ut *Poeliam* recoquat, ad sui originis normam est revocandum. Errores porro typographici, qui subinde in editionem hanc irrepserunt, non mihi longè ab operis

prali remoto imputabis, emendabisque uti in calce hujus libri tibi ostendi. Ceterum, studii hujus mercedem (candide Lector) non eam à te desidero, quam olim apud Laertium Thales Milesius à suo Man- drayto Priorense, cui cum philosophica quaedam, de sole, & caelo pre- legisset, nihil aliud ab eo mercedis exegit, quam ut apud alios ipsum istius scientiae gloriaretur autorem: sed mercedē multos eruditi- tium ad justitiam, Daniel. cap. 12. Deum ipsum, qui se, ut spero mihi, ita tibi sit vera studiorum merces, satis est, abunde est, praeterit enim, ut habet Scriptura, figura hujus mundi. *Tu his studiis fruiere & vale.*

**E**Go infra scriptus deputatus à Reveren d. Domino Joanne à Chokier Vicario Reverend. Serenissimique Episcopi, & Principis Leodien. vidi Tomum secundum tractatus Juris- dictionis ordinariae in Exemptos Clariss. Domini ERASMI à CHOKIER I C. Leodien. in quo nihil vidi repugnans ortho- doxae religioni, & bonis moribus, quin materiam Jurisdictionis ordinariae in exemptos his temporibus intricatam, dilucide explicatam animadverti. Proinde Reipubl. bono typis man- dari poterit, Datum Leodii, 22. Januarii 1624.

*Fr. Claudius Du Rapoy Sacrae Theologiae Doctor,  
Prior Praedicatorum Civitatis Leodiensis.*

INDEX